

Ung VI 182

Occasionalia
politisimum Carnavalesco
vol. 22
W-182.

W-182.

33

V I R O
MAXIME REVERENDO, ATQVE
EXCELLENTISSIMO
**DN. IOHANNI
ANDREAE
KNOBLACHIO**
SS. THEOL. LICENTIATO
MERITISSIMO
ET COLLEGII PHILOSOPHICI
ADHVC ASSESSORI LONGE
DIGNISSIMO
PATRONO AC PRAECEPTORI SVO OMNI ANIMI PIETA-
TE AETERNV M COLENDO,
CVM AD
VENERANDVM BARVTHENSIS PASTORIS
ET SVPERINTENDENTIS MVNVS SVS-
CIPENDVM ABIRET
GRATI ANIMI STVDIVM
GRATVLATIONE OFFICIOSA
PROFITEBATVR
M. ANDREAS SAMVEL FABRICIVS,
VITEB. SAXO.

VITEMBERGAE PRELO CREVSIGIANO.

• A I R O
MAXIME REVERENDO ATQUE
EXCELENTISSIMO
DN. IOHANNI
ANDREAE
KNOBELACCHIO
SS. THEOD. LICENTIA TO
MERITISSIMO
ET COLLEGII PHILOSOPHI
VDAIC ASSOCIATIONE
DIGNISSIMO
TUDICO SCARIS TUTUS QVOD SIC VENIA ESSA
ATQVATUM IN COLLEGE
CIVICVM AD
GENR. ANDAM BARATHRENSIS PASTORIS
ET SARINENSIS PASTORIS MUNICIPALIS
CITHINDI VITERBI
GRATULATIONES ETICIAS
ANDREAS VITERBIENSIS



On dubito, complures fore, qui mirentur,
has a me literas afferri, cum tamen neque
aetas, neque ingenium, nequedenique loci
mei ratio permittat, ut tantus mei amator sim,
qui putem, tale quid a me elaborari atque
perfici posse, quod lucem apicere publicam
mereatur. Verum enim vero spem habeo certissimam, unum-
quemque benevolorum lectorum optime hoc consilium esse inter-
pretaturum, qui habeat cognitum atque perspectum, ex officio
atque observantia, erga EVM, cui literae hac consecrantur,
fieri hoc debere. Tu enim, VIR MAXIME REVERENDE ET
FAVTOR AESTVMATISIME, Tu inquam es, HONORATIS-
SIME KNOBLACHI, cui, non tam amicitiae atque amoris,
quam potius officii et observantiae vinculo sum obstrictissi-
mus. Quis igitur amplius mirandi, quis ulterius excusandi
locus relinquitur? Quanquam vero non mirandum aut ex-
cusandum, omnino ramen gratulandum est. Gratulandum
est TIBI, gratulandum est mihi, gratulandum roti Christia-
norum coetui, in primis vero ECCLESIAE BARVTHIANAE.
Gratulor itaque TIBI, de munere Tuo honorifico non minus
quam arduo, quod, tum singulari DEI Omnipotentis provi-
denta, tum voluntate Comitum Illustrissimorum propensissima
demandatum Tibi esse video. Certe, qui Te beatum, vere-
que beatum, non praedicaret, PATRONE HONORATISSIME? Nam
modum vocationis Tuae considerare placet. Munus hoc
adiutum non largirione non prensatione non aliis illicitis parum-
que probatis arribus, quibus non pauci ad munera publica viam

fibi

sibi munire solent; sed doctrina Tua, sed pietate, sed modestia, sed virtutibus caeteris non vulgaribus, sed, quae primo certe loco erat nominanda, singulare profecto Numinis divini providentia, quae Comitum Illustrissimorum oculos, animosque in Te convertit, ut unanimi consensu personam Tuam, amore dignissimam, non sine ingenti desiderio appetenter ac exoptarent. O itaque felicem fortunatumque hominem! Considera quoefo coelitus benedicta KNOBLAUCHI, admirandam DEI Optimi Maximi providentiam, quae sole meridiano clarior in Te videri atque perspici potest. Age igitur, nunc messis est, nunc mercedes Tibi porrigitur, pro multis Tuis laboribus atque indefessis vigiliis, pro arditiissimis ad DEVVM precibus missis, non tam ab hominibus, sed potius a DEO ipso. Quis itaque divinam Tibi benedictionem in cunctis ac singulis actionibus Tuis denegaret? Benedictus eris a Numine summo tam corpore, quam anima. Benedictus erit exitus Tuus non modo, sed et introitus. Benedicti erunt omnes ac singuli, conciones Tuas a DEO ipso benedictas qui audiunt. Benedicti erunt Te, tanquam a DEO ad illos missum, diligentes. Benedicti denique, ut plura paucis comprehendam, erunt, qui Tibi benedicunt. Nec minus quoque beatus et appellandus, si munus Tuum divinum accuriatu non nihil considero. Quid enim, quoefo, potest esse praecarius, quam DEO deseruire, eiulque voluntatem humano generi aperire? et quid magis fructuolum, quam tot homines, quibus alias in caliginoso isto Satanae ergastulo pereundum fuisset, DEI ope atque auxilio servare, Christoque lucrari? Quapropter merito Tibi gratulandum est, PATRONE OPTIME. Sed nefcio, qui eveniat, ut tanta animi soliditudine obruar? cum in mentem mihi revoco, me, meam hac de re gratulationem verbis testari velle, antea promisisse. Verum quid dubitem amplius de causa? est Ea proh dolor! quod non Patrono tantum benevolo, non amico gratissimo, sed et Praeceptore fidelissimo brevi mihi carendum esse videam. Inter ea tamen verum Christianum minime decet, providentiam divinam, quae talia iuber, hac in re accusare, sed potius Augustini verba consideranda mihi sunt, quando dicit: *Providentia DEI omnia gubernantur, et quae putatur peccata, medicina est.* A proposito igitur meo ne prorups abeam, lubenter agnoscere, fatius esse, ut de Tua Tibi fortuna gratuler, cum exoptatissimam nanciscar occasionem, animum meum tantopere Tibi devinctum, si non perfecto, aliquo tamen modo declarandi, et simul etiam arque etiam exoptandi ac petendi ut me, meaque studia benevolentia atque humanitate, qua solitus est in posterum etiam complectare.

May VI 182

V. 17

23

V I R O
MAXIME REVERENDO, ATQVE
EXCELLENTISSIMO
**DN. IOHANNI
ANDREAE
KNOBLACHIO
B.I.G.
L. LICENTIATO**
MERITISSIMO
**GII PHILOSOPHICI
ASSESSORI LONGE
IGNISSIMO**
CEPTORI SVO OMNI ANIMI PIETA-
TERVM COLENDO,
CVM AD
BARVTHENSIS PASTORIS
ENDENTIS MVNVSSVS-
NDVM ABIRET
ATI ANIMI STVDIVM
ATIONE OFFICIOSA
PROFITEBATVR
SAMVEL FABRICIVS,
VITEB. SAXO.

IGAE PRELO CREVSIGIANO.

Farbkarte #13

